

5785 in lapide ornato qui supra finit in capitulum. Ex Ricinae ruderibus attulit Maceratum Caesar Capodacqua bibliothecarius bibliothecae publicae et in ea collocavit.

RAEDARVM CVSTOS
NVMQVAM · LATRavit
INEPTE NVNC
SILET · ET · CINERES
5 VINDICAT · VM
BRA · SVOS

Descripti a. 1878.

Raeda[r]um custos numquam latravit inepte;
nunc silet et cineres vindicat umbra suos.

Canis epitaphium hoc elegantissimum eo quoque nomine utile est, quod raedae vocabuli orthographiam post Diocletiani edictum (c. 15, 25; v. vol. III p. 835) denuo firmat.


5786 Maceratae in domo olim Compagnoni,
iam Caradori.

FILIAE
PIENTISS
QVE · VIX†
ANN · XXIII
5 M · VIII · D
XV

Recognovi. Colucci 3, 237.

Quae in lapide praecedunt P·ANN·FEL|IX·F.
ANNAE | FELICVLAE |, recens adiecta sunt.

5787 Ricinae rep. prope theatrum.



Ern. Tambroni a. 1852 misit Raffaellio.

5788 Maceratae penes nob. de Larcianis (?).

... ORT ...

Lancellotti ms. f. 137.

5789 Maceratae in bibliotheca publica.



Descripti.

5790 Maceratae in domo Compagnoni olim,
iam Caradori.

INF · P · XII

Recognovi. Amati ms.

5791 Maceratae in domo olim Compagnoni,
iam Caradori.

I SVAGRIO LIBERTO · BENE MEREN · TI QVI Vixit
a NNOS XLV · DIES · XII · OMNIBVS · ACCEPT
ISSIMVS IN PACE

Recognovi. Colucci 3, 238.


Mihi genuina visa est.

CXXVII. PAVSVAE (S. Claudio prope Mont-Olmo, hodie Pausula). Tribu Velina.

Pausularum meminerunt Plinius h. n. 3, 13, 141 in mediterraneis Piceni populis recensens *Pausulanos*; liber coloniarum (p. 226: *ager ... Ricinensis et Pausulensis item sunt adsignati*; cf. p. 257); itinerarium Peutingeranum (supra p. 479 n. IV); denique matricula militum vol. VI n. 2375 a (1, 21: *...[Po]mponius Sabinus Pausulus*). Secundum tabulam Peutingeranam cum distent ab Asculo m. p. XIII, a Firmo m. p. XV, a Potentia m. p. IX, reiecta prima determinatione aperte corrupta reliquae duae recte convenient in agrum Montolmensem; ibidemque Ludovicus Lanzius (et alibi et in commentario *della condizione e*

del sito di Pausula Florentiae 1792. 8. pp. 40; repetit eum Coluccius ant. Pic. vol. XV) chartis medii aevi usus demonstravit fuisse ad S. Claudi abbati castellum de Posulano, curtem de Posulis, fundos Posulenos. Denique aliquot tituli inde prolati aliaeque antiquitatis reliquiae ibi eruderatae docuerunt antiquo tempore oppidum ibi fuisse. Titulis repertis ad S. Claudi adiunxi prolatos ex oppido vicino Montolmo, quod nuper decreto regio Pausularum nomen antiquum sibi adseruit. Ex titulo n. 5793 aevi vetustioris videtur effici ei oppido pariter atque Auximo *praetores* praefuisse. Tribus est Velina Picentium.

5792 rep. ad S. Claudi prope Pausulas.



Ern. Tambroni a. 1852 misit Raffaellio.

5793 litteris optimis et maximis. Monte dell'
Olmo in claustro Augustinianorum LIL.; in
pariete palatii prioralis LANC. Iam in curia.

VS · PR · QVINQ
SVA · PECVNIA · F · C
PERPETVVM · DEDIT

Recognovi. Lilius Camerin. p. 80; Lancellotti
ms. f. 100 et apud Raffaellum; Riccomanni
cod. Vat. 7929 f. 366 (cf. supra p. 472);
Lanzi apud Odericum syll. ms. f. 3' et in
comm. de Pausula p. 36 (apud Coluccium
15, 152).

IX

5794 in abbatia Sanrocciani, nunc Flastrae
COMP.

D · M
M · ANTONI
M · F · EARINI
ET · GENIO · EIVS
5 ANTONIA · TER
PSICORE · ET
eARINVS · PAREN
TES · MISERIMI
FILIO · PISSIMO

Compagnoni Regg. Sic. p. 50. Inde opinor
Fabrett. 72, 62; Mur. ms. 18, 224 a Camerino.

3 FARINI margo Comp. — 7 FARINVS tra-
ditur. — 8 MISERIMI traditur.

5795 Monte dell' Olmo rep. cum diruitur do-
mus Buongiovanni, extat in curia.

— ATTIO C
Q · F · VEL S
RVFO
PL tri et matri
5 EX · TESTAMento

Recognovi. Lancellotti ms. f. 100; Zaccaria
storia lett. 9, 490 (inde Donat. 429, 2); Lanzi
apud Odericum syll. ms. f. 3' et in comm.
de Pausula p. 37 (apud Coluccium 15, 153),
qui ait proferri a se emendatam conjectura.
A Lanzio pendet de Minicis *iscr. Ferm.* n. 1100.

70